omnes exinde consequentes Causae eosdem Terminos 173
semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari ad Munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusuis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipere nec ullasque Motiones et Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Ratiis simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione adscripta mediante.

Feria Tertia in Vigilia Festi Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistae, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo 23/VI

RR. Carmelitae Discalceati Conuentus Praemysliensis & Rzepkowski Roborant 741

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Religiosus in Christo Pater Frater Bruno à Sancto Francisco Carmelitarum Discalceatorum Conventus Praemysliensis Prior actu, et Generosus

Joannes Alexander de Rzepki Rzepkowski partibus
1732. ab altera, sanimentibus et corporibus existentes,
a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo,
praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi
Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se, eorum
Successoribus Bonisque suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, li-
bere, publice, ac per expressum recognoverunt et qui-
libet illorum seorsum suo pro interesse recognovit.
Quia ipsi et quidem suprascriptus Religiosus in Chri-
sto Pater Frater Bruno a Sancto Francisco Carme-
litarum Discalceatorum Conventus Praemysliensis
Prior suo et totius Praefati Conventus sui, supra-
nominatique Generosus Joannes Alexander de Rze-
pki Rzepkowski, itidem suo, et Generosae Elisabethae
de Magna Vrazdow Consortis suae legitimae, pro quo-
rum ratihabitione cavent et se praesentibus inscri-
bunt nominibus, sibi mutuo et invicem una Pars alteri
cum Posteris utriusque Partis, ac suos Successo-
res in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque
pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt,
et obligant praesentibus, Intercisam certam inter se
Recognoscentes et praedictum Conventum Praemysliensem
Religiosorum Patrum Fratrum Carmelitarum Discal-
ceatorum necnon Generosam Elisabetham de Magna
Vrazdow Rzepkowska ratione certarum rerum et
Conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu
et Data illius hic Praemysliae Die hodierna in Actu
contenta confectam et conscriptam manibus suis Reco-
gnoscentium propriis ab utrinque subscriptam in omnibus

et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadiis ligamentis, ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis eius contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo. Idq sub vadiis Summae Quatuor Millium et Quingentorum Florenorum Polonicalium, per Partem Parti cum Successoribus Uniusq Partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus is idem ibi praescriptus Generosus Joannes Alexander de Rzepki Rzepkowski Unus Recognoscens se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis praenominato Religioso in Christo Patri Fratri Brunoni à Sancto Francisco, Religiosorum Patrum Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Conventus Premysliensis Priori, et eius Succedaneis, totiq praefato Conventui nunc et pro tempore existenti inscribit et obligat praesens supramemoratam Generosam Elisabetham de Magna Piardow sui Recognoscentis Consortem legitimam, cum personali sui Recognoscentis assistentia, vel in eventu mortis Successores illius ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Roboratoriam, vel similem suo pro interesse faciendam, ad Acta quaevis 1733

authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia in-
1734 fra decursum Sex Septimanarum adducere et persona-
liter statuere, ab eaque vel eius Successoribus ut praemissa
debite exequantur efficere. Idque sub alio simili seorsivo
et speciali Vadio, aureorum Quatuor Millium, et Quin-
gentorum Florenorum Polonicalium, per eundem Recogno-
scentem Generosum Joannem Alexandrum de Rzepki
Rzepkowski, sive eius Successores supra scripto Re-
ligioso in Christo Patri Fratri Brunoni a Sancto Fran-
cisco Religiosorum Patrum Fratrum Carmelitarum
Discalceatorum Conventus Premysliensis Priori, eiusque
Succedaneis, ac toti praedicto Conventui, nunc et pro
tempore existenti, ob non statutionem suprascriptae
Generosae Elisabethae de Magna Viazdow, sui Recogno-
scentis Consortis legitimae statuendae, vel in eventu
mortis Successorum illius pro tempore et loco superius
expressis ad exequenda praemissa, ad soluendum suc-
cumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis vinco-
do praemisso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua
principali ex contentis Inscriptionis praefatae non comple-
ta completa complenda Citata existens memorata
Pars una praemissa non tenens sive eius Posteri, ad
instantiam Partis alterius praemissa tenentis et com-
plentis vel illius Successorum, ad Officium praesens Ca-
strense Capitaneale Premysliense, ex hinc recessu
suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante
semper in primo Citationis Termino, tanquam pe-
remptorio, stare, Iuri parere, respondere, Vadium
vel Vadia praefata luere Inscriptioni praesenti
satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tene-
bitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia in-

1735

scribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes statuit eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibuscunque Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta in Crastino Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

25/VI

Stetkiewicze Conges mutua sibi Advitalitatem inscribunt.

742

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Alexander Stetkiewicz Subdapifer Smolensciensis ab una, et Sophia Ligezianka parte ab altera.